

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Curiositas s
cum fonte primo

De altitudine discretionis Dei non conturbabitur
cor humilitatis nostre,
si firma et stabili fide omne iudicium Dei iustum esse
secretum,
et ubi inuestigari non potest quare ita iudicet,
sufficiat scire quis iudicet.

Prosper de uocatione gencium libro I.

Verumtamen de hac altitudine discretionis dei non conturbabitur
cor humilitatis nostrae,
si firma et stabili fide omne iudicium dei iustum esse
credamus nec appetamus habere cognitum quod voluit esse
secretum,
ut ubi investigari non potest quare ita iudicet,
sufficiat scire quis iudicet,
quamquam non ita incognoscibilis ista sit quaestio,
ut nihil inde eruditionis possimus acquirere,
si ad contemplandum id quod videri potest,
tranquillus sobrii cordis adhibeatur intuitus.

Prosper Aquitanus, *De uocatione omnium gentium*, 2.37
(CSEL 98, R.J. Teske & D. Weber eds., pp.176-7, ll.1-8).